

ORDINIS IVRIDICI DECANVS  
**IOANNES STEPHANVS PÜTTER**

I. V. D. REGI A CONSILIIS IUSTITIAE INTIMIS ET PROFESSOR

IURIS PUBLICI ORDINARIUS ACADEMIAE

H. T. PRORECTOR

VIRORVM PRAENOBILISSIMORVM  
**CAROLI LEOPOLDI ERDTMANN**

MEGAPOLITANI,

**GEORGII LVDOVICI BOKELMANN,**  
 HAMBVRGENSIS,

**CLEMENTIS WICHMANNI CAROLI  
 PRINSHAVSEN**

HAMBVRGENSIS,

**GERARDI FRIEDERICI A GVLICH**  
 OSNABRVGENSIS

SOLLENNIA IN AVGVRALIA INDICIT.

PRAEMISSA COMMENTATIONIS  
*de instauratione imperii Romani sub Carolo M. et Ottonibus  
 facta eiusque effectibus*


P ARTE QVARTA

*de secundae illius instauracionis sub Ottone M. eiusque suc-  
 cessoribus factae veris effectibus.*

GOETTINGAE

EX OFFICINA F. A. ROSENBV SCH MDCCCLXXIV.

ORDINARIA TERRIBUS DECUVIA  
JOANNES STEPHANVS TUTHER  
CAROLI PROSOLDI EQUITAN  
GEORGII AUBOUCI HORRELLIN  
CELESTINI MICHAELI PONT  
PRINCIPALIS  
GERVIDI TRINIDERICI ET CETERIC  
GOTTSCHALCHI DE COLONIA  
HEDERICI DE COLONIA  
JACOBII DE COLONIA  
JACOBII DE COLONIA  
JACOBII DE COLONIA  
JACOBII DE COLONIA



### §. I.

**Q**uandoquidem renovatio imperii Romani sub Catulo M. facta ne-  
que sub ipso, neque sub eius posteris hunc effectum habuit, vt  
vlla ratione miseri aut confundi potuissent diuersa plane imperii illi-  
us Romani regnique Longobardici atque Francici regni iura; multo  
minus tale quid accidere potuit, ex quo *post fata Caroli crassi* prorsus  
*seiuulac Italia Romaque a Franciae regno fuerunt.* Etiamsi enim  
primi, qui iam de Italia Romaque sibi subiuganda contendebant, BE-  
RENGARIUS et GVIDO, praecipuum sui cuiusque iuris argumen-  
tum in eo posuisse videantur, quod *e seminea Caroli M. progenie ori-*  
*undi essent* (a), tamen *sola de Italia ii certabant, idque iam vniuer-*  
*fiae monarchiae Francicae satum irretractabile imminere videbatur,*  
*vt in plures dilaceraretur partes, quae an vniquam consolidari iterum*  
*potuerint, vix vlla spes supererat.* Tantum absuit vt tum indissolu-  
bile, ne dicam vnum idemque regnum haberetur, quod ex tot ori-  
ginarie diuersis nec vniquam vnitis regnis consistebat.

I) *Post fata  
Caroli crassi  
A) ab Italia  
Romaque pla-  
ne seiuulatum  
fuit Fran-  
ciae regnum,*

(a) BERENGARIVM I. Ludouici pii ex Gisela nepotem fuisse, extra  
omnein controuersiam est positum, veluti quod probatum dedit Io.

Dav. KOELE R de familia Augusta Carolingica tab. 5. num. 18. 19. 20. p. 65. sq. Conf. quoque MVRATORII annal. ad a. 888. Neque minus GVIDONEM propinquum Caroli simplicis nominavit FVLCO archiepiscopus Rhemensis, teste FLODOARO in hisl. Rhem. lib. 4. cap. 5.; atque Guidonem traxisse & a Franci quandam adfinitatis lineam testatur LVITPRANDVS de rebus imperatorum et regum lib. I. cap. 6.; licet specialius haud constet, qua ratione ad Caroli M. progeniem pertineat. MVRATOR. l. c. Compara quoque, quae commentatus est Ioach. Erdm. SCHMIDT diss. de Longobardis eorumque in Italiae regno a Guidone Spolerino non sola electione quaesito (Ien. 1749.) §. 35. sq. p. 41. sq.; cui tamen iungi meretur Car. Franc. Lub. HAAS specielegium observationum de connexione Italiae cum regno Germanico, (Marburg.

1770.) p. 79. sq.

## §. II.

Initio quidem GVIDO, quem Franciam magis quam Italianam adpetere, atque hanc Berengario relinquere in animum induxisset (a), sibi persuasissime videtur, ad Franciae quoque regnum obtainendum sibi profuturam esse coronationem Romae factam; sed magnopere spei fellit eventus. Suum enim iporum regem Franci etiam occidentales sibi constituerunt OTTONEM, atque coronam sine Francorum consilio Romae suscepit iure meritoque nullius fecerunt Franci (b). Quare nihil Guidoni supererat, quam ut Italianam nunc, si fieri posset, Berengario eripere tentaret (c), sibique faltem ipsius Romae imperium vi coronationis ibidem susceptae vindicare adiuteretur (d).

(a) LVITPRANDVS de reb. imp. et regum lib. I. cap. 6.: "Duo ex,, Italia praepotentes principes — quorum alter Wido, alter di,, eius est Berengarius. Hi sane tanto sunt amicitiarum foedere,, conglutinati, vt sibi hoc iurecurando promitterent, quod, si re,, gi Carolo superstites forent, alterius alter ordinationi coniuiceret;

, simul

licet i) Guido  
putasse videa-  
tur, Roma  
susceptam  
coronam ad  
obsnendum  
Franciae re-  
gnum sibi  
profuturam  
esse;

„simul vt *Wido*, quam Romanam dicunt, *Franciam*, *Berengarius* obtineret *Italiam*.“

(b) *L VITPRANDVS l. c.* : „Contigit igitur vtrumque, Widonem atque Berengarium, Caroli regis funeri decessit; cuius tamen interitum Wido vt audivit, *Romae* profectus est; et absque Francorum consilio tortius *Franciae* vñctionem suscepit imperii. Franci itaque Odonem, quoniam Wido aberat, regem constituunt; Berengarius vero Widonis consilio, quemadmodum ei iureuero rando promiserat, Itali regni suscepit imperium; Wido autem *Franciam* perit.“

(c) *L VITPRANDVS l. c.* : „Quoniam Francorum rex esse nequibat (Wido), frangere, quod Berengario fecerat, iusirandum liberat, collectoque prout potuit exercitu *Italiam* ingressus — Berengario bellum parat.“

(d) Hic imprimis memoratu dignum est, quod *MVRATORIVS* ad a. 891. describit, seque vidisse testatur, sigillum Guidonis cum inscriptione: *GVIDO IMPERATOR AVGSTVS*, — et *RENOVATIO REGNI FRANC*, cui quidem addit *MVRATORIVS*, a regno Francorum adhuc longe affuisse Guidonem, quum Romanorum solum imperator ne totam quidem *Italiam* tenuisset, nisi spem Galliae quoque potiendae forte mente sua conceperet. Ego vero nullus dubito, ante oculos hic Guidoni versatum fuisse sigillum Caroli M. cum eadem plane inscriptione: — *IMPERATOR AVGVSTVS*, et — *RENOVATIO REGNI FRANCORVM*, quod iam alibi allegauit ex *MONTFAVCON* monumentis monarchiae Franciae tom. I. p. 274. Adeoque Guidoni non venit in mentem, vt se instauratorem regni Francici gloriaretur, sed vt imperii Romani a Carolo M. renouati Francisque adquisiti iam in se pariter Francici generis principe de nouo instauratum esse indicaret. Nec certe ipsum Franciae regnum Romanumque imperium tunc unum idemque fuisse habitum, nemo non, credo, facile mihi largietur.

## §. III.

et 2) vicesim Arnulfus iam ab a. 888. inde Franciae orientalis iunctaque ei Lotharingiae regno potitus, a. 896. Romae etiam imperator coronatus fuit (a), et abhinc non imperatoris solum titulum geslit, sed et iura imperatoris Romanorum regisque Italiae data occasione sibi vindicauit (b). Verum ipse in Italianam amplius haud venit (c), nec impedire potuit, quo minus LAMBERTVM Guidonis filium Romani imperatorem iterum agnoscerent (d). Nec porro Ludouicum infantem, Conradum I., Henricum Aueupem vnuquam in Italianam venisse constat. Adeoque per omne hoc aevum *omnino se iuncta Germania ab Italia fuit.*

(a) *Annales Fuldenes ad a. 893.:* "Missi Formosi apostolici cum episcopis et primoribus Italicis regni ad regem (Arnulfum) in Boiorum aduenerunt, enixe deprecantes, ut Italicum regnum, et res S. Petri ad suas manus a malis Christianis eruendum aduentaret, quod tunc a Widone tyranno affectatum est." Ad a. 894. "Iterum rex a Formoso apostolico per epistolam et missos enixe Romani venire inuitatus est. Rex vero cum consilio episcoporum suorum petitionibus his satisfacere decreuerat, mense Decembri de Francia et Alemannia in Italianam promovit exercitum." — Ad a. 885. et 896: "Rex itusque exercitus tandem urbem Romanam aduenerunt; — — omnis Senatus Romanorum, nec non Graecorum schola, cum vexillis et crucibus ad pontem Milium venientes regem honorifice cum hymnis et laudibus suscipientes ad urbem perduxerunt. Iam Apostolicus, paterno amore diligendo regem, ante paradisum, loco, qui dicitur gradibus S. Petri, suscipiens, et honeste ad basilicam beatorum apostolorum laetificando introduxit, et secundum morem antecessorum suorum imperiale consecrationem capiti imponens, Caesarem Augustum appellauit. Dispositis ibi multimodis rebus, omnis Romanorum populus

*„populus ad S. Paulum cum iuramento imperatori fidem promis.  
„tens.“ &c.*

- (b) Pluribus diplomatum testimonii hoc probauit Christian. Gottlieb. SCHWARZ in dissertatione, qua ex historia Arnolfi Imp. sententias quasdam dubias et controversas disquisivit (Altorf. 1744.) §. 4. p. II. sq.
- (c) Perperam enim tertiam Arnulfo a. 898. factam in Italiam expeditionem a nonnullis tribui, docuit SCHWARZ. I. c. §. 5. p. 19.
- (d) SCHWARZ I. c. p. 17. sq.

#### §. IV.

Duo autem quum propriæ diuersa iterum regna essent Romanum imperium et Longobardiae, seu, ut nunc vocabatur, Italiae regnum; aenuli quidem semper vtriusque regni aderant, at mox tandem vtroque viuis alterue, mox alterutro tantum hic, altero ille revera potiti erant. Atque sic Italia reges quidem fuerunt ab a. 888. Berengarius I. inde († 924.), ab a. 921. inde Rudolphus Burgundiae rex, ab a. 926. inde Hugo Prouinciae dux, et ab a. 931. inde filius eius Lotharius. Imperatoris autem Romanorum dignitatem post Lambertum († 898.) demum a. 901. obtinuit Ludovicus Bosonis filius rex Prouinciae, eumque in hac dignitate a. 915. exceptit Berengarius I. modo nominatus, quo a. 924. trucidato nemo amplius ad Ottонem I. vsque titulo imperatoris usus fuit (a).

B) Italia Romaque propriæ duo diuersa confitebant imperia.

(a) Eu

### VIII DE INSTAVRATIONIS IMPERII ROMANI

(a) En schema regum Italiae et imperatorum ab a. 888. inde:

REGES ITALIAE.	IMPERATORES.	COIMPERATORES.
888. Berengarius I.	889. Guido.	892. Lambertus.
	894. Lambertus	
	(895. Arnulfus)	
(900. Ludouicus Bosonis filius)	901. Ludouicus Bosonis filius.	
	915. Berengarius I.	† 924.
(921. Rudolphus Burgundiae rex.)	924. . . . .	
924. Rudolphus Bur- gundiae rex.		
926. Hugo Prouinciae dux.		
931. Lotharius Hugonis filius.		
950. Berengarius II. eiusque filius Adelbertus.		

### §. V.

II) In Ottone  
M. instaura-  
ta fuit inter-  
rupta ali-  
quandiu im-  
periorum  
series.

Reuera itaque quum ab a. 924. inde vsque ad a. 962. intra spa-  
tium triginta octo annorum nullus Romanorum imperator fuisset,  
noua iterum *renouatio imperii Romani* erat, dum OTTO M. d. 2.  
Febr. 962. a Iohanne XII. papa imperator Romanorum coronabatur.  
At longe tamen aberat, vt eadem in haec renouatione, quam in illa,  
qua tempore Caroli M. contigerat, circumstantiae deprehenderen-  
tur. In illa enim instaurabatur imperium, quod inuasionem exter-  
orum populorum ante hos trecentos viginti quatuor annos plane ex-  
stinctum fuerat, cuiusque pristina dignitas caesarea, in obliuionem  
fere deducta, tum iure quasi postuuminii reducebatur, mutata inter-  
im cetera ipsius regni formula et indole, vndeque fere eam con-  
sideraueris. Eo autem tempore, quum Otto M. hanc rem adgre-  
deretur,

## SVB OTTONE M. FACTAE VERIS EFFECTIBVS. IX

deretur, reapse non extinctum fuerat imperium Romanum eique inherens dignitas, sed singulari modo ratione ii, qui summa tamen rerum in Italia potiti erant, ad coronam Romanam adspirare non potuerant, adeoque iniuria modo temporum aliquamdiu *interrupta* erat *imperatorum series*, quae iam quasi post longius quoddam interregnum de nouo continuabatur.

### §. VI.

Quamvis igitur prima illa renouatio imperii Romani haud ita comparata esset, vt Carolus M. satis adposite successor Romuli Augustuli dici potuisse; in hac secunda tamen eiusdem imperii renouatione omnino Otto M. non solum in Italiae regno in Berengarii II. eiusque filii Adelberti, quippe vtriusque a se deiecti, locum successit, sed etiam Berengarii I. *imperatoris* iam a. 924. defuncti *successor* ab anno 962. inde non minore iure, ac Carolus VII. successor Caroli VI. *imperatoris* fuit, interregnum licet breuius hic intercesserit. Eademque ratione Otto M. omnino et *successor* Caroli M. in imperio Romano erat perinde, ac Carolus VII. imp. non Caroli VI. solum, sed et Caroli V. Caroli IV. ceteroruinque pristinorum *imperatorum* successor fuit.

ita tamen, vt  
¶ tam po-  
stremi impe-  
ratoris Be-  
rengarii I.  
quam Caroli  
M. successor  
esset Otto M.,

### §. VII.

Sane Ottонem exemplar Caroli M. sibi ob oculos posuisse, ipsa rerum ab eo gestarum historia testatur. Nec quidquam adeo eum impeditiebat, quo minus *eadem omnino iura, quibus olim Carolus M. tamquam imperator Romanorum usus fuerat*, et sibi vindicare et suis iterum ipsius posteris relinquere potuisse, nisi qua forte legitima *reum mutatio a Caroli M. temporibus inde contigerit.*

eademque ic-  
circo iura  
haberet, suoz  
que in posle-  
ros transmis-  
seret;

### B

### §. VIII.

## §. VIII.

*sed 2) man-  
nente quoque  
diuersitate  
regnorum  
Italiae et  
Germaniae,*

Sed et certe in primis *idem* ille *imperii Romani ad regnum Francorum habitus* adhuc tempore Ottonis M. erat, qualis is sub Carolo M. fuerat. *Diuersa nempe tria regna* maneabant, Romanum, Longobardicum atque Francicum, immo posterius hocce in plura nunc Franciae orientalis et occidentalis Burgundiaeque regna subdiuisum, e quibus tamen nunc solum *Franciae orientalis* seu *Germaniae Teutoniae* (vti eo aeuo vocabatur,) regnum hanc praerogatiuam sortiebat, vt soli illi imperium Romanum Longobardicumque iungeretur.

## §. IX.

*eodemque,  
qui sub Ca-  
rolo M. erat,  
inflaurati  
bius imperii  
etiam ad pri-  
stimum Ro-  
manorum  
imperium ha-  
bitu;*

Qualescumque autem in Franciae Germaniaeque populos nec Ottoni magis, quam Carolo olim, quidquam juris ex renovatione illa imperii Romani ad crescere poterat. Quin plane alia etiam Ottonis qua Francorum regis et qua Romanorum imperatoris persona erat. *Nulla regnum coniunctio*, nulla vnius in alterum *incorporatio* etiam hic agebatur. Multo minus in hac secunda Romani imperii renouatione *de translato a Graecis imperio* quidquam somniari, aut Otto M. successor Iustiniani haberi poterat.

## §. X.

*Quae omnia  
denum post  
aevum Otto-  
num alter  
concepta  
sunt.*

Necdum omnium harum rerum in documentis librisque hocce Ottonis primorumque eius successorum aeuo scriptis ullum, quantum mihi quidem constat, vestigium occurrit. At vero non tamen diu amplius haec vera pristinaque rerum facies perdurauit, sed mox longe alia de omnibus iis exorta sunt ratiocinia. Quae quo profundiores adepta radices sunt, quo foecundiores, uti solent errores, pro-tulerunt aliorum errorum fructus, quo magis tamen a vero aliena fuerunt,

SVB OTTONE M. FACTAE VERIS EFFECTIBVS. XI

fuerunt, eo digniora sunt, quorum origines et progressus et effectus curatius, quoad eius fieri potest, inuestigentur.

\* \* \*

Proximae tamē non diu defuturae occasioni continuatio  
huius pensi relinquenda erit. Iam enim adnunciandi sunt aliquot  
candidatorum legitima iuris scientia promeriti honores.

Primus eorum est

VIR PRAENOBILISSIMVS ET AMPLISSIMVS  
**CAROLVS LEOPOLDVS ERDTMANN**  
MEGAPOLITANVS

ORDINI EQUESTRI CIRCULI CRIVIZIENSIS A SECRETIS  
ET INSTITVTI HISTORICE GOETTINGENSIS SODALIS

qui vitae sua studiorumque rationes sequenti relatione exposuit.

**N**atus sum Crivizii anno MDCCXXXIV die XI. mensis Martii. Pa-  
trem habui Christopherum Philippum Fridericum ERDTMANNVM,  
Consulēm Criviziensem, insimulque secretarium nobilitatis huins circuli,  
et matrem, Margaretham Elisabetham, natam STAHLBERGEN. Patre,  
dum vix XIV. aetatis annum agerem, orbarus, Wismariensi lyceo per qua-  
drivium interfui, ubi quos habui doctores arque fautores, gratissime num-  
quam non presepar animo. Deinde Goettingam abiui, ibique, a Magnifice  
tunc temporis Pro-Rectori S. R. WALCHIO d. VIII. mensis Aprilis  
MDCCCLXIII. ciuium academicorum albo inscriptus, viros celeberrimos  
GATTERERVN in Historia Vniuersali veteri, arte diplomatica, et numis-  
matica, in Geographia tam Mathematica, quam politica et historia litte-  
raria; ACENWALLVN in historia Europae recentiori, et statistica,  
HOLLMANNVN in Logica, Metaphysica, Physica et Ethica, KAEST-  
NERVN in Matheſi pura et applicata, BECMANNORVM fratrum senio-  
rem in Iure Naturae, et doctrina de interſuicio, AYRERVN in historia  
inris.

*iuris, GEBÄVERVM ad textrum institutionum, MEISTERVM ad Institu-  
tiones, Digesta, et Ius Criminale, BÖHMERVM ad ius Canonictum, et  
Feudale, et ad tit. ff. de appellat.; SELCHOVIVM ad ius Germanicum,  
Caviale, et ad Histor. iur. literar.; PÜTTERVM, ad Encyclopaediam  
iuris, Historiam imperii, Ius Publicum, ad ius priuatum Principum, ad  
rem iudicariam imperii, et in praxi iuridica; VOGELIVM ad  
Medicinam forensem duces et doctores habui. Neque me designatus est  
GATTERERVS, quem inter sodales instituti Historici eo tempore condi-  
ti d. XII. Dec. MDCCLXV. referret. Absoluto autem sic meo ipsius flu-  
diorum curriculo alii repetendo praelectiones academicas inferire aliquamdiu  
studii; donec tandem a viro generosissimo de BARNER, dynasta de Bilow,  
consiliario provinciali ducatus Megapolitani, vocarer ad munus secretarii cir-  
culi equestris Crivitziensis subeundum, quod eo lubentius suscepit, quo incun-  
dior mibi erat memoria eiusdem muneric quondam a patre meo suscepit.*

Diligentiae et doctrinae viri amplissimi quum nobis satis recens  
esset memoria, eamque egregie recoleret speciuninis inauguralis loco  
nobis transmissa disquisitio: *an ius Romanum in Germania receptum  
esse contendit possit?* ab ordine nostro facile obtinuit, ut absenti ei  
summi in iure honores et decernerentur et conferrentur teste diplo-  
mate in publicum emissio d. 1. Iun. MDCCLXX.

Alter est

VIR PRAENOBILISSIMUS  
GEORGIVS LUDOVICVS BOKELMANN  
HAMBVRGENSIS

qui vitae suae rationes sequentem in modum exposuit:

*Natus Bergae Cellensis A. MDCCXLVIII. Calendis Februario, patre  
optimo beate defuncto, et cuius cineres summa animi deuotione recolo,  
vixit sum Ioanne Henrico BOKELMANN, decurione equitum liberae ciuita-  
tis*

sis imperii Hamburgensis, matrem vero adhuc veneror Mariam Margaretham et stirpe SAVVPLANIANA, quam, ut per longam adhuc seriem annorum fuluam fospitemque esse finiat summum Numen, appreco. Hi optimi parentes, a prima statim aetate nullas curas, nullasque impensas subterfugivint, ut animus meus bonis virtutis praecopsis exornaretur. Fidei igitur et curae vivi optimi et praecessoris fidelissimi CAPSIL me conuiserunt, ex cuius humanissimi viri solida doctrina eum fructum haui, ut dignus iudicarer, qui adscriberet ciuibus Lycaei Hamburgensis. Arque hic Doctores habui dignissimos nobilissimosque, B. WOLFIVM. B. REIMARVM, cuius memoria omniis mentibus ac sermonibus semper hæredit, Celeb. W VNDERLICH, BÜSCH, NOELTING et SCHÜTZE. Biennio in Gymnasio hoc exacto, banc splendidissimam musarum sedem Georgiam Augustam periit et A. MDCCLXVII. D. 2. Maii, a Magnifice tunc temporis Prorectore Christ. Wilb. Franc. WALCHIO Theol. D. et Prof. Publ. Ord. in numerum ciuium academiae receptus sum. Qua in academia splendidissima praelectionibus interfui Virorum eruditione ac humanitate praefrantissimorum, Illuſtr. BOEHMERI in Institutionibus, Digestis, Iure Canonico et Feudali; Illuſtr. PÜTTERI in Historia imperii, Illuſtr. MEISTERI in Institutionibus Digestis et Iure Criminali; Illuſtr. BECMANNI in Processu ciuili; Illuſtr. SELCHOVII in Historia Iuris, Iure Germanico, et Iure Publico, Excell. CLAPROTHI in Actionibus forensibus, et Praxi Juridica, denique etiam in philosophicis discendis Exc. FEDERV M Duce secutus sum. Quibus finitis studiis academicis, ab inclito Iureconsultorum Ordine, ea qua pars est observantia perii, ut Licentiam summos in utroque iure honores consequendi, mihi concederent, quam quod mibi non denegauerint, gratissimo animo recordor.

Posteaquam ad consueta specimina admislus vir prænobilissimus non solum eruditam interpretationem legum ex utroque iure ei propositarum nobis prælegit, sed et promte et facunde ad quaestiones ex legitima iuris scientia respondit; d. 26. Iun. MDCCLXX. habita prius lectione cursoria ad L. 21. C. de testamentis præside ill. BOEHMERO publice et promte defendit theses solidae eruditionis plenas



*de sibi adscriptis in testamento alieno, quo facto licentiam summos  
in iure honores capessendi eadem die ei lubens et gratulabundus  
contuli.*

Tertius est

VIR PRAENOBILISSIMVS  
CLEMENS WICHMANNVS CAROLVS  
PRINSHAVSEN  
HAMBVRGENSIS.

*qui sequentem nobis exhibuit vitae gestae studioru inque narra-  
tionem:*

*P*rogenitus sum Hamburgi A. R. S. MDCCXLV. D. n. Febr. Patre  
Henrico Christophoro Prinshausen et Matre Sara Elisabetha Rathen,  
jam muleos ante annos pie defuncta. Parentum amanissimorum cura ado-  
lescens publicis et priuatis bonarum Artium Magistris, ex quibus praeceps  
Hamburgensis Iohannae Rectorem MÜLLERVM nec non Ilfeldensis Paeda-  
gogii Rectorem MEISNERVM viros egregiis meritis eximiaque eruditione  
conspicuus, grata mente veneror, traditus horumque fideli opera linguis, tum  
antiquis tum hodiernis alisque studiis sic dictis elegantioribus instructus sum.  
Hifce ut iungerem studia grauiora, in Academiam Goettingensem A.  
MDCCCLXV profectus, ibique ab Illuſtr. BOEHMERO institutiones Iuris  
Romani, Iuris Canonici et Feudalis, ab Illuſtr. PÜTTERO Ius publicum  
Imperii Romano Germanici, Historiam Imperii, ab ill. de SELCHOW Ius  
Germanicum, ab ill. MEISTERO Pandectaris iuris Romani et ius Criminale,  
ab ill. CLAFROTHIO doctrinam de actionibus, ab ill. ACHENWALLIO  
Historiam statuum Europae et Statisticam sic dictam didici. Ita studiis le-  
gitime absolutis honores iuris ambii ab Illuſtri Ordine Iuridico iam impe-  
trandos.

Quinquennii litterarii hic transacti ut fructus promeritos capes-  
seret, admissus ad consueta candidatorum specimina non solum eru-  
dite

dite exposuit textus vtriusque iuris ea mente ei datos, sed et proinde  
docteque respondit quaestionibus e legitima iuris scientia ei propositis  
Deinde d. 11. Iul. MDCLXX, praemissa lectione cursoria, qua *misionem in possessionem ex causa contumaciae* in lucem posuit, dis-  
sertationem inauguralem de *actore contumace tam secundum iura com-  
munia quam statutarium Hamburgense aduersus doctos aduersarios*  
magna cum laude defendit, eademque die licentiam capessendi sum-  
mos iurium honores me interprete obtinuit.

Quartus denique superest

VIR PRAENOBILISSIMVS

GERHARDVS FRIEDERICVS A GÜLICH  
OSNABRUGENSIS

qui sequentem nobis exhibuit vitae suaे studiorumque narra-  
tionem :

**N**atus sum Osnabrigi die 9 mensis Novembr. MDCCXLII patre Gerardo  
Friderico von GÜLICH mercatore, matre vero Gertruda SENGEN.  
Nihil magis optimi hi Parentes sibi cordi ac curae habuere, quam ut ab  
ineunte aetate scientiae necessariae mibi traderentur. Eorum igitur  
iussu, iam a septimo anno, usque ad decimum octauum, Gymnasium, quod  
apud nos vigeret, variis ibi specimenibus editis frequentauit. Quo facto, pa-  
rentibus auctoribus suasoribusque Lipsiam concessit. Ibi per biennium,  
principice quidem Iuri, sed simul quoque Historiae et Philosophiae operam  
nauauit. In Iurisprudentia ediscenda in primis usus sum, ZOLLERO,  
BAVERO, BREVNINGIO et SAMMETIO, quorum collegiis Pandectarum,  
Institutionum, Iuris Feudalis, Iuris Naturae, Artis Hermeneuticae et Hi-  
storiae Iuris interfui. Historiam mibi tradiderunt BÖHME et ERNESTI,  
ille Historiam Imperii, hic Historiam uniuersalem, qui et me Antiquitates Po-  
puli Romani docuit. Philosophiae et quidem Metaphysices praecepta hanc  
apud

ORDIN

IOANNES

I. V. D. REGI A CO

IVRIS 1

VIRORV

CAROLI

GEORGII L

CLEMENTI  
PI

GERARDI

SOLLENN

PRAE

de instauratione imp

P

de secundae illius in  
cessori

EX OFFICIN



S  
TTER  
ROFESSOR

[ANN

[ANN,


AROLI

LICH

R.

Ottomibus

sque suc-



B.I.G.